Regraciatoria publica /

Romanorum Rex Jo[hanni] Francisco Marchioni Mantue

Illustris princeps. Intelleximus ex literis tuis quas dudum labori essemus ad nos misisti / quam ex magnifico ... Comitis de ... Consiliarij nostri fidelis dilecti relacione / quam paratum et promptum ad prebendum subsidia Civitati Tridentine oportuna / obviam intuitu te prebueris / quatinusque in ea re feceris. et quantum fecisses si facultas tibi affuisset / Regraciamur itaque tue dilectioni tam perfectis tuis tam etiam perficiendi voluntate. et animi tui ad nos ad nostra desideria prompti ne / Nosque ad complacendum tibi in omnibus possibilibus pro hac tua felicitate recognoscimus obnoxios / Te hortantes ut perseveres. et sicut hactenus fecisti inquantum vales perficere Civitati oportunam reddere subvenias / unde et imperij graciam erga te dictis pamplius augebis /

Ad recordandum gracias peti ... ut supplicat gracia adjecta

Narra[cio] de tractatu consiliariorum /

Narra[cio] quod ... non habent ab alio responsum

Fridericus Romanorum rex Philippo duci Burgundie /

Illustris princeps consanguinee noster carissime Cum pridem Bisuntini essemus. inter alia que nostri tunc invicem consiliarij communicarunt etiam de Lucemburgensi ducatu factum fuit verbum / Nosque collocucionum illarum intimavimus velle. Illustri Friderico duci Saxonie Sacri Imperij Archimarschallo. lantgravioque Thuringie et Marchioni Misnensi / socero nostro carissimo disposuimus ... et postmodum ... fecimus / Sed quia dux ipse in longinquis partibus et in ultimis terrarum suarum finibus ... existit / responsum hec ab eo non potuimus / Interea vero nobis audivimus dilectorum tua nonnullas gentes videlicet Comite Ruperto de Virneburg.